



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 29. Doctor Joannes Scotus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Secul. XIV anno 1308 sub Pentecosten ei titulum  
 A. C. 1308. Archiepiscopi Thebani, & an. 1311 Pa-  
 triarchæ Antiocheni nomen, atque ad-  
 ministrandum tribuit episcopatum Ticini  
 urbis patriæ, ut haberet, unde viveret.

## §. XXIX.

*Doctor Joannes Scotus.*

**H**oc anno 1308 decessit vir celebris  
 Joannes Scotus cognomine Doctor  
 subtilis. Dunsii parva Scotiæ urbe in  
 confiniis Angliæ ortus, cum Minorum  
 Ordinem iniisset, Oxonii prosperrimam  
 litteris operam dedit: tum Parisios de-  
 latus, ibique an. 1305 jubente Contalvo  
 Ordinis Ministro Generali ad primam  
 productus lauream, postea Doctoris infi-  
 gnia obtinuit. Afferuit SS. Virginem si-  
 ne labe conceptam esse: qua de re ita  
 loquitur. Communiter ajunt ingenitam  
 illi fuisse primi parentis maculam hæ-  
 reditariam: & affert hujus sententiæ  
 argumenta; ad quæ pro virili parte re-  
 spondet. Dein quæstionem sic decidit:  
 Deus potuit facere, ut Virgo labem il-  
 lam haberet nunquam, ut haberet uni-  
 co puncto temporis; ut aliquamdiu ha-  
 beret, ac ultimo momento purgaretur:  
 & postquam rationibus confirmavit hæc  
 tria potuisse fieri, concludit: Quid fue-  
 rit factum, Deus scit: ac videtur æquum  
 tribuere

*Labbe scrip.*

to. 1. p. 559.

*Vading. an.*

1304. n. 24

to. 7. p. 91.

p. 94.



tribuere Mariæ excellentissimum de his <sup>Sæcul.XIV.</sup>  
 tribus, si authoritati Ecclesiæ aut divini <sup>A.C.1308.</sup>  
 codicis non repugnet. Ita se Scotus ex-  
 plicat: & quamvis tam modeste id agat,  
 habetur pro primo authore dogmatis de  
 Conceptione labis experte, quod ma-  
 gnos postea progressus fecit. Hæc ta-  
 men opinio videtur in lucem prodiisse  
 medio sæculo duodecimo. S. Bernardus <sup>Bern. ep. 174</sup>  
 in epistola ad Canonicos Lugdunenses, ac <sup>Sup. l. 68.</sup>  
 Petrus Cellensis in duabus litteris ad <sup>§. 70.</sup>  
 Nicolaum monachum S. Albani in An- <sup>Petr. lib. 6.</sup>  
 glia pro certo ponunt hanc fuisse ratio- <sup>ep. 23. l. 9. ep.</sup>  
 nem, cur ageretur de introducendo fe- <sup>9. 10.</sup>  
 sto Conceptionis Dominae Nostræ. Sed <sup>v. Thomass.</sup>  
 non erat opus: cum Græci etiamnum <sup>festes l. 2. c. 5.</sup>  
 celebrent Conceptionem S. Joannis Ba- <sup>Boll. to. 22.</sup>  
 ptistæ: quæ olim etiam plerisque Ec- <sup>p. 701.</sup>  
 clesiæ Latinæ martyrologiis inserta  
 fuit.

Postquam Scotus Parisiis duobus  
 vel tribus annis docuerat, Coloniã  
 missus illic obiit 8 Nov. 1308, ad sum-  
 mum quadraginta tres annos natus:  
 tam multa tamen scripsit, ut ejus ope-  
 ra duodecim volumina in folio, quod  
 ajunt, conficiant, tametsi nondum omnia  
 prælo vulgata sint.